



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quęstio 1. Cur vocati venire noluerunt?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

VERSUS 1. 2.

Et respondens Iesus dixit iterum in parabolis eis dicens. Simile factum est regnum celorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.

QVÆSTIO I.

Quæ parabola significatio?

Rex, Deus est. Filius Christus. Sponsa, Humananatura. Vocati primo loco, Iudæi. Serui, Apostoli. Apparatus, omnia gratiæ, & gloriæ dona. Inuitati secundo loco Gentes. Destitutus veste nuptiali, qui sine fide viuâ seu caritate venit. Cœnaculum, Ecclesia. Tenebræ exteriores, inferi. Exercitus angelorum boni & mali, impiorum vitiores. Inuitatores etiam quidam Patriarchæ, Prophetæ, alijque multi fuerunt.

Pro nuptijs in Syro est, *ܡܫܝܚܐ ܡܫܝܚܐ* messiah, quod conuiuium quoduis, seu ut Græci vocant, *συμπόσιον* proprie dicitur, vtrique enim abibendo, & comibendo appellant, rectius fortè Latini a conuiuendo. Nisi forte viuere non aliud putarunt, quàm bibere. Nec dubitandum est de nuptiali conuiuio filij intelligi, quamquam & Lucas tantum habet de cœnâ magnâ.

Nuptiæ porro hoc loco non sunt cœlestis vitæ gaudia, nec cœnaculum est cœleste palatium: quamuis conuiuii typo gaudia illa aliquando significantur, & ita doceat Hll. can. 2.2. in Matth. Quem enim Deus illius aula ingressu dignatus fuerit, nunquam eiicitur, sed manet immota semel acceptæ beatitudinis æternitas. Beatitudo enim nulla est, nisi quæ æterna est, & esse talem omnibus eam obtinentibus consistat.

Nuptias autem vocare voluit, quod et si Ecclesia omnibus modis serua esset, Sponsam tamen vocare dignatus est, & esse sacrum ac spirituale coniugium. Atque sponsus pro sponsa se in tormenta ac mortem dedidit, ut sponsam sibi æternam coniungeret. In Apoc. etiam vocatur nuptiæ agni. Quod vero Innocentius Extrau. de Bigam. cap. debitum, & Lombardus 4. distinct. 26. per has nuptias animæ fidelis cum Christo sponso coniunctionem interpretantur, mystica est expositio, in parte tamen literalis. Cum enim Christus totius Ecclesiæ Sponsus sit, singula etiam eius membra spiritali matrimonio illi iunguntur.

§. 2. Athanasius hunc in modum parabolam explicat. q. 10. de dictis scripturæ. Quis ille rex? Deus. Quis filius? Christus. Quam illi sunt, qui erant vocati? Iudæi, & Apostoli. Qui illi qui denegabant? Iudæi. Qui non uenerunt? Hi qui erant ex gentibus. Quis erat qui non habebat nuptialem vestem? Iudas, & qui, quem admodum ipse, in sancta sese indignè ingerunt.

Vbi vertit quidam Latinus, in sancta ministeria, Græci habet *ἐκκλησίαν* eis τὴν ἁγίαν, insipientes in sancta. Porro Messiam vocari filium Dei apud Iudæos vfratum fuit. Sic enim de Messia Psal. 2. illa verba *יְהוָה* Hebræi interpretantur Oculaminis filium. R. Salomone testatur Magistros nostros de Messia interpretatos. Sic & R. Abenezra, & R. Abraham. Et in Miras Thehillim, describitur filij opus. Oculaminis filium. Hoc est quod scriptum est, Psal. 85. Miseriordia & veritas, obauerunt, iustitia & Pax oculata sunt. Dixit Rabbi. Messias est i. g. filius vrbis irato. Inuenit ergo filij vrbis, & filij regis, vrbem placaret, supplicaret. Iuit filius & placauit patrem suum. Quamq. rex per filium reconciliatus esset, inuenit filij ciuitatis ad gratias agendas regi. Dixit vero Iudas: Mihi vos gratias agitis? ite & filio meo gratias agite. Adam Conzen in Euang. Tom. I.

re. Nam nisi ipse fuisset, iam ciuitatem euersissem, & hoc est, quod dictum est: Oculaminis filium. itaque inter eos constabat filium regis vocari Messiam.

VERSUS 4. & sequentes.

Dicite inuitatis: Ecce prandium meum parauit, tauri mei & altilia occisa sunt & omnia parata, venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt & abierunt, alius in villam suam, alius vero ad negotiationem suam: reliqui vero tenuerunt seruos eius & contumeliis affectos occiderunt. Rex autem cum audisset iratus est, &c.

QVÆSTIO I.

Cur vocati venire noluerunt?

§. 1. **N**on simpliciter mittit vocatum, sed καλέσαι τὸς κεκλημένους eis τὴν γάμον. Vocare vocatos ad nuptias. Syrus hic quoque generale nomen conuiuii retinet. Et duobus verbis vitur, *דענערן* denecrun, vocare, *למזמנה* lamz. immine, inuitatos. Immerito igitur Beza reprehendit, Erasmus & veterem interpretem: quod non dixerint, *vocare vocatos*, sed *vocare inuitatos*. Sunt enim vbi proprio vocabulo conuiuiorum, quo Græci carent, Latini & Syrus habent. Syris *דענערן* dicuntur, qui, ut ipsi loquuntur, *vocantur ad opus benedictionis mensæ*. Nam *דענער* est, & inuitare & condicere ad conuiuium. Quod etiam *קאדער* seu *tem-* Vocantur pus opportunum significat. Tanto itaque maior illorum erat improbitas cum tam commodo tempore inuitati, contemnunt, & inuitatorem & regem. More autem regio mittuntur serui ad inuitatos antea, ut indicent adesse tempus: nam ante inuitati aliâ legatione fuerant, ut se se pararent, decenterque ad nuptiarum dignitatem augendam venirent; erant enim subditorum honoratiores, & clientes beneficiarj, quos ex lege venire oportebat. In conuiuiarum catalogo primo loco adscripti erant, sed honorem sibi oblatum contempserunt. Lasa autem grauer regis Contemptu eo contemptu fuit maiestas, indigni enim solent, nuptiarum qui vocati ad nuptias, nullâ legitimâ causâ datâ, venire recusant. Præsertim si contemptum aspereq. re- maiestas.

spondeant, at hi sub ipsum tempus, & momentum, cum omnia parata erant, cum iam omnia *τεθωρηκα*, occisa seu immolata erant, recusabant, nam in conuiuio immolare victimas solebant. Deinde contumeliose, & crudeliter seruos inuitantis acceperunt. Non est probabile quod existimat Abulensis, veritum regem, ne forte non satis prudenter primi serui egissent, aut etiam mentiti essent; non enim solent deesse legati regibus, quia conuiuium inuitent, nec tam multos in tam varijs locis in mendacium conspirare posse verisimile fuit; nec vero auderent, principum accusatione conuincendi.

§. 2. Recusant ex æquo omnes, alij negligunt, ut suis rebus vacent, alij seruos inuitatores etiam occidunt. Verbum *ἀμελῶντες* talem contemptum indicat, qualis in illis est, qui non nisi obiter, & moris causa rebus diuinis interlunt, toti terrenis obnoxij. Syrus textus habet *בזא* *beza*, & glossa marginalis interpretatur *בזא* *bazaa*. Ex quo constat, non esse excusandos, qui quamuis speciosos prætextus quarunt, ne

Mm

Deo

Deo sese dedant, quasi vero alium in finem creati sint, quam ut Deo seruiant. Horum deterrimi seruos *legi-
morum, & pharisaeorum* contumelijs, & iniurijs affecerunt. Maior illorum est infamia; nam contemptui seruitiam addunt, quæ posteriores seruos exercent. Nempe Baptista, Apostolos; nam in illos grauius, quam in Prophetas exarserunt. Contemptores cenæ excluduntur, homicidarum ciuitas exurit, omnes tamen rebelles, si enim adesse regi in conuiuio nolebant, quomodo, si ad belli labores, ac pericula vocarentur, assisterent? Ira igitur grauissima in eos effusa est, quia vocati in societatem filij Dei, tantam neglexerunt salutem, & repellentes verbum Dei, seque iudicantes indignos vitæ æternæ, effecerunt, ut Rex miserit ad gentes, & impleat nuptias ex illis. Christum autem Sponsum dici constat, & c. 9. 15. Ioan. 3. 29. Apocal. 19. 7. Hinc & Ecclesia Sponsa Apoc. 21. 2. Ephes. 5. 25. Conuiuium in Ecclesiâ inchoatur, in cælo perficitur. Vide Augustin. contra Arian. & l. 50. Homil. hom. 32. cap. 2. qui etiam de incarnatione interpretatur.

QVÆSTIO II.

An eadem sit apud Lucam & Matthæum parabola?

§. 1. **L**ucas in circumstantijs à Matthæo dissentit. Nam ille conuiuium, Matthæus nuptias appellat. Plures seruos Matthæus, Lucas vnum habet. De seruis pulsatis, & occisis, nihil Lucas meminit. Itaque multi diuersam esse parabolam arbitrantur. ut Augustinus l. 2. de consensu Euangelistarum. Greg. hom. 38. in Euang. D. Thom. Barradius. Abulensis rationibus nondecim probare nititur, diuersas esse parabolas. Et quamuis responderi ad aliquas fateatur posse, concedit tamen non posse ad omnes. Et forte ad eas omnes responderi potest, quas ille adducit; nam præcipuam, quæ rem necessario conuincit, omittit. Eandem putat Iren. l. 4. c. 70. & 76. & Maldonatus, multi que alij viri docti, qui de circumstantijs conciliandis laborant.

§. 2. Diuersam esse, aut vnā diuerso tempore, & loco narratam, ex sacris literis posse demonstrari, mihi planè persuadeo. Nam illa quam Lucas recenset in Galilæa & in conuiuio narrata est, hæc, de qua Matthæus agit, Ierosolymis, & in Templo. Hæc duo si probentur, facile constabit, non eodem tempore recitatam, nec ideo mirum, si circumstantijs differant.

De hac ergo constat Ierosolymis habitam, non in conuiuio. Nam cap. 21. 23. ingressum in templum, rogant Pharisæi in qua potestate ista faciat, quibus ille aliam quæstionem subiungit de Baptismo Ioannis. & v. 28. Parabolam de duobus filiis refert statim eodem tempore. & v. 33. subdit, aliam parabolam audite, Homo erat Paterfamilias, &c. absoluta, cap. 22. respondens iterum in parabolis eis, dixit simile factum est regnum cælorum homini regi. Hæc ergo necitur cum illis quæ in templo dictæ sunt, & particula; iterum indicat illas præcessisse, hanc sequi, at priores in templo dictæ sunt, post solennem ingressum ergo hæc quoque post illud tempus dicta est. Non enim diceret Euangelista nunc, iterum in parabolis Christum loqui, si id quod in iterato sermone recensetur, iam ante in Galilæa dictum fuit, & nunc non dicitur.

Deinde hæc parabola immediatè cohæret cum disputatione de censu dando. n. 15. Tunc abeuntes Pharisæi, & in illo die accesserunt ad eum Sadducæi versu 23. & Pharisæi audientes quod silentium imposuisset Sadducæi v. 34. de mandato maximo quæstionem proponunt; Hæc enim videmus non modo textui coniungi, sed etiam particulis, quæ indicent eodem tempore dicta esse.

Denique post ista, nemo fuit eum ausus amplius interrogare, at vero crebro post illam parabolam in Galilæa habitam interrogatus est. Post hoc autem abeuntibus Pharisæis parabolas ad turbas dicit. cap. 23. & cap. 24. egreditur de templo. Non igitur quicquam horum in conuiuio dictum est, nec illo extremo tempore quisquam eum ad conuiuium Ierosolymis inuauit. Constat igitur de huius parabole tempore quod fuit inter diem Palmaram, & Passionis.

Probandum etiam, Parabolam, quam Lucas habet, in Galilæa dictam. Hoc ex cap. 14. constat. Nam *gressus est Iesus in domum Principis Sacerdotum ut panem manducaret, & versu 15. cum quidam ex discumbentibus dixisset, Beatus qui manducabit panem in regno Dei, ipse dixit ei; Homo quidam fecit magnam, &c.* Hoc autem conuiuium fuit in Galilæa. Nam c. 17. vadit in Ierosolam per Samariam & Galilæam. Itaque antè fuit in Galilæa, aut remotiore loco. Deinde post parabolam hanc in Luca sequitur: *Ibant autem turba multa, comes, & conuersus dixit ad illos. Si quis venit ad me, & non eduxerit, & matrem, &c.* Hæc autem verba, de abnegatione & cruce tollendâ, sunt immediatè coniunctam, cum parabola, quæ est apud Lucam; at illa dicta sunt in Galilæa, ut constat ex 11. Matthæi. Postquam enim illa dixit: c. 11. subiungit: *Et factum est cum consummasset Iesus præcipiens duodecim discipulis suis, transiit inde, præcederet, & predicaret in ciuitatibus eorum.* At sane post hanc parabolam in Matthæo nullis in ciuitatibus amplius docuit.

§. 3. Mittit exercitus v. 7. nam postea tota ditio destructa est. Nec ideo tamen Deus est auctor peccati, nam ad legitimam pœnam exigendam mittit, occisa sunt vndecies centena millia.

Reiecit sunt illi quia indigni fuerunt, & liberalitati inuitantis resisterunt. Non minus tamen etiam alij fuerunt indigni. Sed sua eos bonitate vocauit, non habuit aliena malitiæ rationem.

Horum in locum vocat, v. 9. omnes. Hoc est in vniuersum omnes, alium alio modo, omnes tamen vniuersum modum causati possit se nunquam vocatum, alios per Doctores, alios per Miracula, alios per Angelos, multos per internos instinctus. Nec in horribili illa die inuenietur, qui præter cætera peccata, non oblatam gratiam non repudiari, & vocantem non spreuerit. Grauius potro etiam publice in hac vita puniri solent, qui sæpe vocantem sæpe contempserunt. Qui admissum reiecerunt. Eâ enim causâ integras prouincias sub tyrannorum potestatem redactas videmus.

VERSUS 10.

Et egressi serui eius in vias congregauerunt omnes, quos inuenerunt, malos & bonos, & impleta sunt nuptiæ discumbentium.

QVÆSTIO I.

Quomodo vocauit bonos, & malos?

§. 1. **Q**uæstionem proponit Augustinus, l. de fide, & operibus, c. 17. Antè vocationem enim, extra Ecclesiam nemo est bonus. Respondet vero ad duxerunt serui bonos, & malos, siue quia laterent, siue quia iam adducti & intrinseci appaerent: Siue bonos & malos, in dictum est secundum humanam quandam conuersationem, in qua etiam qui nondum crediderunt, vel laudari vel vituperari solent, & paulò post de illis apud quos discipuli manere iubentur. Profecto ille dignus quis erit, nisi qui existimatione suorum ciuium bonus habebitur? & quis indignus, nisi qui malus illis innotuerit? Eos autem

Diuersam
Parabolam
multi putant.

Hæc in vrbe
Ierosolymorum,
illa in
Galilæa est
dicta.